

# De humilitate.

71

gloriaris potes, si tamen hac gloriam merentur. Age ergo penitentiam in cinere & fauilla, & pro tua elatione gemitus compunctionis emitte. Dic ad Dominum humili voce, & vera confessione. Humiliatus sum usquequaque Domine, viuifica me secundum verbum tuum. Consideratio etiam proprietorum detestuum causat humilitatem. Propterea sancti viri, ut humilitatis in se pariant & nutriant virtutem, quum quadam mirabiliter faciunt, ante mentis oculos student reuocare, quod nondum agere queunt, ut dum ex una parte considerant infirmitatem suam, ex ea parte, qua perfectus est corum animus, non se extollant. Vnde qui plenissime per sui cognitionem ad humilitatem tendere nittitur, talis nimis debet conspicere, qualis non est, quatenus ex bonorum forma metatur, quantum ipse de seruo bono deformis sit. Lucem enim debet inuersi, qui vult de tenebris iudicare. Lumen namque propriæ intelligentiæ virtutem generat humilitatis. Ideo quâo quis maioris gratiam intelligit, percipit, tandem amplius reprehensibilem esse cognoscit. Respectus quoque meliorum acquisitionis est humilitatis. Si enim incentiū elationis est intuitio deterioris, nemo dubiter, quin in cautela humilitatis est consideratio melioris. Nam ad humilitatem gloriam ille citè festinat, qui aliorum bona subtiliter penat, quia dum ea quâa sunt feliciter facta foris ab aliis aduerdit, eum qui de singularitate vietum erumpere nittitur, superbia tumorem premit. Cogitatio insuper mortis & corporis resolutionis virtutem in nobis gignit humilitatis. Nec essetiam namq; timor & consideratio futura mortis mentem cœxit, & quâa eleuans omnes carnis motus & superbiam, ligno crucis affigit. Considera ergo frequenter, homo, te iam mortuum, quem scis te de necessitate moritum. Di picea qualiter oculi vertentur in capite, venae rumpentur in corpore, & cor scindetur dolore. Talis exercitatio cogitationis somitem magnum parit humilitatis. O bona mortis consideratio, quis quantam te acquirantur emolumenta, valet intelligere? quis potest capere, quis propalare? Plura profectio de te cœuentum commoda. Nam utilis est tui memoratio ad fugandum vitiorum exercitum, & fugiendos peccatorum laqueos. Qui enim vigilanter animaduerit, qualis erit in morte, erit semper pauidus in opinione, ac inde in oculis suis quasi non viuit, vnde veraciter in oculis sui cœditoris viuit. Nil quod tristat, appetit, cunctis vita praefatis desideriis contradicit, & pene mortuum se considerat, quia moriturum se minime ignorat. Perfecta namque vita est mortis recordatio, quam dum iusti sedula mente pertractant, culparum laqueos valente euadunt. Facile relinquerre mundum facit mortis memoria. Nihil enim tam proficit ad contemptum omnium rerum, quam frequens cogitatio mortis. Quotidie namque morimur, quotidie diminuitur aliqua pars vita, & tunc quoque decrescimus, quum vita crescit. Infanciā amittimus, deinde pueritiam, postea adolescentiam usque ad extremum. Quicquid transit temporis perit, & ipsum, quem agimus, diem cum morte diuidimus. Non ergo laborium est relinquare, quod teneri non potest, immo quod singulis amittimus horis. Consideretur vita terminus, & non erit in hoc mundo, quod ametur. Sollicitus quoque exhibet hominem ipsa mortis cogitatio. Congruē vniusquisque diem notissimum for-

midare debet, & suum ultimum diem assidue meditari (quia nullus scit, quia hora veniat) ne quum venerit, forte imparatum reperiatur. Nam ad hoc conditor noster latere nos voluit hinc nostrum, dicimus nostrâ mortis esse incognitum, ut dum semper ignoratur, semper proximus esse credatur, & tanto quique sit feruentur in operatione, quanto incertior est votatione. Propterea omnis dies velut ultimus ordinatus est, quia qualem inueniret unumquenque suus nouissimus dies, cum de hoc seculo egreditur, talis in die nouissimo iudicatur. A mortis pauore efficaciter liberat mortis recordatio. Nullus namque nostrum scit, quam prope nos vita versetur terminus. Sic itaque mente ordinamus, tanquam si mori oporteat. Venientem nemo hilaris mortem sicut ipit, nisi quis se ad illam diu componerit. Sed hoc mirum, quod nemo tam imperitus est, ut nesciat sibi quandoque moriendum, tamen cum proprie accelerat, tergiuersatur, tremit & plorat. Quid autem fles miser? quare trepidas? cur exire dubitas? Omnes haec necessitate ducuntur, eo ibis, quo omnia eunt, ad hanc legem naturess, hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc majoribus, hoc & omnibus ante te, sed nec ambiguus sis, quia etiam hoc cunctis post te. Quantus te populus moriturum sequetur? quantus comitabitur? Fortior (vt opinor) es, si multi tecum morerentur. Sed multa milia hominum hoc ipso momento, quo tu mori dubitas, animam variis generibus emittunt. Nil, fateor, melius aeterna lex fecit, quam quodcumq; introitum dedid ad vitam, exitus multos. Sed neque ipsa natura quicquam breuitate vita contulit præstantius, tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties inuocata mors est, vt nullum frequentius sit votum. Fatendum igitur est mortem munus necessarium esse natura iam corruptæ, quæ non est fugienda, sed potius amplectenda, vt fiat voluntariu, quod futurum est necessarium. Offerendum itaque est promunere, quod Deo tenemur reddere. Quemadmodum exiit, quæ memorata sunt, considerationibus acquiritur humilitatis virtus, ita etiam exercitatione horum, qui sequuntur, aetum nutritur, & crescit. Aptissime namque hanc virtutem accendit contumeliarum sufficiencia. Multi homines culpam suam cōfidentur, & humiles non sunt. Nam plerique existunt, qui se arguente nullo peccatore esse cōfidentur, quum vero de culpa sua fuerint fortasse correpti, patrociniū defensionis querunt, ne peccatores esse videantur. Indicia autem vera humilitatis sunt, vt sicut vniusquisque peccatore se dicit, ita id de se dici, centi alteri non contradicat. Et indicium superbie certum est, vt quod fati quisque de se sua sponte dignatur, hoc sibi dici ab aliis designatur. Humiliū quoque familiaritas humilitatem parit. Qui enim communicauerit humiliū (sic scriptura testatur) induet humilitatem. Nulla namque res magis animos inducit honestos, & proterius inclinatos reuocat ad humilitatem, quam humiliū virorum conuersatio, quia necessare est, vt talis efficiatur homo, quales sunt, cum quibus conuersatur. Exercitum etiam humile creat humilitatem. Humilitatio via est ad humilitatem, sicut patientia ad pacem, sicut lectio ad scientiam. Si ergo virtutem appetimus humilitatis, viam non refugiamus humiliations. Sicut sine gradibus non scanditur ad summitem, ita absque

Eccle.13.